

PERCUSSIO. Vid. verb. Excommunicatio art. 12. ad num. 2. ad 6.
 PEREGRIN. Vid. verb. Lex art. 3. ad num. 18. ad num. 45.
 PERJURIUM. Vide verb. Accusatus ad num. 31. ad 43. verb. Juramentum, art. 1. ad num. 13. usque in finem, verb. Mendacium ad num. 17. ad 21. verb. Poena art. 2. ad num. 176. verb. Restrictio mentalis per tot. verb. Reus num. 26.
 PERMUTATIO BENEFICIORUM. Vide verb. Resignatio, seu Renuntiatio beneficiorum.

PERQUISITIO.

Perquisitio frumenti Ecclesiasticorum in locis Immunibus à Nuntio demandata Ministro Laico improbat, & injungitur, ut deputet personam ecclesiasticam non diffidentem Ministris Abundantæ. Sacra Congr. Immun. in Florentina 9. Feb. 1694. lib. 2. Decret. Paul. pag. 71. ³
 Perquisitio in molendinis, & in aliis locis Commendæ Religionis Hierosolymitanæ, Appaltatoribus non est licita, nisi mediante ministerio Curie Eccles. ha-

provisis beneficiis exigentur, in tantum verò nullius pensionis onere gravare concessit, ut neque in beneficiis Sanctæ Sedi reservatis locum habere possit (1).

Sed cum jam Summus Pontifex nolit hisce concessionibus assensum præstare, videbatur dicendum, de cetero libera esse beneficia ecclesiastica à simili impositione: non hoc equidem sequitur, si Regiæ Catholice Majestatis facultas attenditur; præcis annorum curriculum in possessione à tempore, quod memoria hominum excedit, erant eas concedendi super Archi- & Episcopatum Dignitatibus (2); D. D. Philippo II. Rege, quidam, cum ad Pamplonensem Episcopatum promoveretur equivoceque processisset in beneficiorum narrativa, vulgò de Resulta vacantium, tamquam sic promotus, Regiæque Majestatis veritate narrationis innoxia providisset, ea trecentis, & quinquaginta ducatis emolumenta, & redditus Episcopatus gravavit, ut inter nominatos ad beneficia, in narrativa comprehensa, distribuenter (3); eodem pensionis gravamine D. D. Philippus III. Decanatum, Canonicatumque quendam Sanctæ Cathedralis Ecclesie Toletanæ vacantem per promotionem possessoris ad Giennensem Episcopatum, prægrabit, multotiesque talia onera imponerentur, dum provisio vacantium ex prædicto jure de Resulta, quamvis virtute temporis Jus patronatus universale Regibus Hispaniæ, prout est nunc, non esset indultum; quia nisi virtute talis juris esset facta provisio non potebatur effectu (4). Hodie verò præterquamquod experientia comprobatur, nullum videtur offerri dubium; si Reges Hispaniæ pensionibus onerare poterant omnia beneficia per promotionem vacantia, quum haud erant in jura, Romani Pontifici competentia, subrogati, quanta erit eorum facultas post plenariam, & perpetuam ejus subrogationem, præsertim haud valente Summo Pontifice eis assentire? Argumentis non eget assumptum, super quod videatur pro coronide stabilium inter alia circa creationem Bibliopolarum in domibus episcopalibus residendorum, ubi præcipitur assignationem reddituum ex fructibus episcopatum in eorum subventionem factam considerandam venire, tempore in quo pensionibus tiara prægraveret (5).

Cum Judices seculares benè valeant perquisitionem efficere in furnis, tabernisque Ecclesiasticorum publico inservientibus (6), dissonum haud videtur asserere, in molendinis pariformiter procedere posse, quod A. improbat.

- (1) L. 2. tit. 6. lib. 1. Ibi: De tal manera que queda para siempre extinguido en lo venidero el uso de la imposicion de las pensiones, y de la exacción de las cédulas bancarias, pero sin perjuicio de las ya impuestas hasta el tiempo presente:
- (2) Remis. 12. ejusd. Están en posesion los Reyes de Castilla de inmemorial tiempo á esta parte de cargar pensiones sobre los Arzobispados, y Obispados de estos Reynos, hasta en la tercia parte del valor de la renta; y por el año de 611. se tomó acuerdo que fuese hasta en la quarta del valor de cada Iglesia, descontando el Subsidio, y Excusado, costas de administracion, cobranza, y venta del pan; y en quanto á si ha de ser tercia, ó quarta parte no se observa punto fijo, depende de la voluntad de S. M., segun las circunstancias del tiempo, y calidad del Obispado.
- (3) Aut. word. 18. ejusd. Ibi: Todo lo qual presentan los Reyes de España por el derecho de resulta, cediendo á la costumbre en esta parte las regalías de su Santidad, aun en el caso de salir inciertos los Beneficios, que declararon los promovidos tenían, y vacaban al derecho de resulta, habiendo tomado siempre los Señores Reyes mis predecesores la providencia para reintegrarse, y no dexar desayrada su regalía, de que hay exemplares, y entre ellos el de Don Diego Ramirez quando fué presentado al Obispado de Pamplona: el qual, habiendo declarado que tenia ciertos Beneficios, despues de haberlos provisto, salieron inciertos; y el Señor Felipe II. por Cédula de 24. de Octubre de 1564, le reconvinó con el memorial, y declaracion

- que habia hecho de ellos al tiempo de su promocion, y por el perjuicio que se habia seguido á los sujetos en quienes se habian provisto, le mandó que dentro de dos meses diese orden de que las cosas declaradas fuesen ciertas, y seguras con apercebimiento, de que no lo haciendo así, mandaria S. M. cargar sobre su Obispado lo que faltase; y pasó tan adelante, que: cargó S. M. sobre el Obispado 350 ducados de pension, demás de la que tenia, y aplicó 200 al dicho:
- (4) Id. Ib. Y habiendo expuesto repetidos casos, en que mis Reales predecesores por el derecho de resulta presentaron no solo los Beneficios, y Prebendas incompatibles, y compatibles de primera, segunda, tercera; y demas resultas, sino muchas veces en las mismas resultas haber impuesto diferentes pensiones, singularmente el Señor Felipe III. en año de 1618. en que habiendo promovido al Obispado de Jaen al Cardenal Don Baltasar de Sandoval y Moscoso, vacó al derecho de resulta el Deanato, y Canongia que obtenia en la Santa Iglesia de Toledo, y S. M. nombró para el Deanato á Don Antonio Portocarrero, con 300 ducados de pension para el Maestro Fr. Luis de Altaga, su Confesor, y para la Canongia á Don Luis Guzman con 500 ducados de pension á favor de las personas que S. M. señaló:
- (5) Reg. Sched. 17. Februar. 1771. §. 35. Se me harán presentes estas asignaciones de los Bibliotecarios, para tenerlas en consideracion al tiempo que se cargan las pensiones de las Mitras:
- (6) Vid. verb. Furnus.

- habentis facultatem à Sacra Congregatione. Eadem Sacr. Congr. Immun. in Auximana 25. Julii 1643. lib. 4. Decret. Paul. pag. 18.
- Perquisitiones scripturarum, & rerum factæ à Fiscali Nuntiarum in conventu, seu cella Regularis prætensi Monetarii, sunt nullæ, & cum Sanctissimo pro facultate nuntio utendi rebus, & scripturis sic extractis, & prosequendi processum etiam super asserta moneta contra dict. Regularem carceratum à Curia laica, & statim remissum in carceribus Nuntiarum. Ead. Sacr. Congr. Immun. in Neapolitana 20. Maii 1696. lib. 2. Decret. Vall. pag. 26.
- Vigore literarum perquisitionis rerum rararum Vicarius non consignet judici seculari res, & pecunias, que non sunt expressæ, & indicatæ inter res furatas, sed ipsas consignet cui de Jure. Ead. Sacr. Congr. Immun. in Neapolitana 15. Julii 1688. lib. Decret. Marti. pag. 306.
- Permittitur perquisitio furti pecuniarum commissi à Ministris Domus Sanctissime Annuntiatæ, ut præterituri, absconditi in monasterio Monialium, faciendâ tamen per Episcopum, vel aliam personam ecclesiasticam. Eadem Sacr. Congr. Immun. in Trojana 21. Jan. 1626. lib. Scripturarum Veterum, pag. 91.
- Datur facultas perquirendi thesaurum in ecclesia ad effectum consignandi cui de Jure, facta tamen obligatione de reduendo omnia in pristinum. Ead. Sacr. Congr. Immun. in Capuana 6. Maii 1664. lib. Decret. Rocci pag. 533.
- Datur facultas perquirendi, & extrahendi inservientibus in locis immunibus, & extrahendi in forma.

trumenta ad usum conficiendi aleas in locis immunibus etiam in monasteriis Regularium, non tamen mulierum Ead. Sacr. Congr. Immun. in Romana 12. Julii 1678. lib. 2. Decret. Alt. pag. 161.
 Datur facultas Episcopis status Mediolan. perquirendi fraudes, & res repositas in locis immunibus in præjudicium Appaltatorum in forma etiam domos Regularium, & illius vigore præferant, & provideant per viam præcepti tantum, non autem per viam edicti. Eadem Sacr. Congr. Immun. in Mediol. 23. Sept. 1650. lib. Decret. Rocci pag. 210.
 De mandato Sanctissimi datur Em. Archiepiscopo facultas ad annuum perquirendi res furatas; res, ut dicitur de contrabando, res dolose Decretorum, & res Administratorum substantiæ pupillo in locis immunibus quibuscumque (exceptis monasteriis Monialium, & Conservatoriis) & consignandi Judici seculari, ut de ipsis disponat, prout de Jure, recepta promissione prius, & juramento non utendi rebus sic extractis pro corpore delicti. Eadem Sacr. Congr. Immun. in Mediol. 12. Aug. 1695. lib. 2. Decret. Vall. pag. 168.
 Datur facultas, annuente Sanctissimo, perquirendi Em. Legato in omnibus locis immunibus (exceptis monasteriis Monialium) fraudes contra Appaltatores Tabacchi; Dummodo in faciendis istis perquisitionibus utatur ministerio ecclesiastico cum solitis cautelis. Eadem Sacr. Congr. Immun. in Ferrar. 14. Apr. 1693. lib. 1. Decret. Vall. pag. 30.
 Conceditur facultas requirendi in locis immunibus bona spectantia ad spoliis, & extrahendi in forma.

- Si debitorum aliqui, Mercatores, aut Argentarii, bona sua occultando, ad ecclesiam, aliumve locum immunem confugerint cum eis, extrahi debent, & omnia curiæ seculari tradi, ut satisfactionem creditoribus assequantur: primi præstita cautione juratoria de impunitate, vita, & membris servandis (1); verò secundi data eis furum publicorum consideratione (2), ex eoque immunitate non gaudent (3), extrahuntur, & bona ibi conlata (4); per consequens personam ecclesiasticam ad extractionem concurrentem, traditionem omnium facere videtur. (Vid. lit. I pag. 33. col. 1.)
- Cum thesauri omnes ad regiam spectent gazam (5): nequire videtur, in Hispania denegari facultatem in loco immuni eos perquirendi.
- Ut in recognitione ecclesiarum, monasteriorum, locorumve piorum immunitate gaudentium, domumque ecclesiasticorum, tamquam seculari jurisdictione exemptarum, nulla detur retardatio, dum per Custodes reddituum Regalium res prohibitas asportari suspicione erga eas perquirunt, debent isti literas R. Nuntii hisce Regnis existentis, Ordinario territorii, ubi resederint, præsentatas, secum ferre notitiam præcisæ recognitionis comunicando; sed ut si per accidens tales literas non perulerint, auxilium Judicis Ecclesiastici invocare debent: quo omisso, aut denegato ingredi valebunt ubi extiterit fraus, apprehensionem ejus sine cunctatione efficient, pravia tamen Parochi ad minus monitione (6).
- L. 13. tit. 2. lib. 1. Porque conforme á derecho los que tienen obligadas sus personas por qualquier deudás que deban, aunque despues de hechas las tales obligaciones, por no pagar lo que así deben, se retraen, y acogen á las Iglesias, y monasterios, creyendo por aquello que han de gozar de la inmunidad eclesiástica, y que no pueden ser sacados de los lugares sagrados: mandamos que: los saquen de ellas, y los entreguen á las nuestras Justicias, con tanto se dé primero seguridad por los nuestros Jueces Seglares, que de ello ovieren de conocer, que no serán punidos criminal, ni corporalmente:
- L. 1. tit. 10. lib. 5. Porque algunos Cambiadores, y Mercaderes reciben mercaderías fiadas para pagar á cierto término, y los Cambiadores resciben moneda de otros para la tener en su cambio, y despues se ausentan con caudales agenos: por ende ordenamos, y mandamos, que el Cambiador, ó Mercader que tal cosa hiciere sea tenido desde adelante por robador público, é incurra por ello en las penas en que caen, é incurran los robadores públicos, y se haga proceso criminal en su ausencia como contra público robador:
- L. 4. tit. 11. p. 1. Ibi: Pero omes y á, que Ferrar. Biblioth. Tom. VII.

- non deben ser amparados en ella, antes los pueden sacar della sin calonga alguna, así como los ladrones manifestos:
- L. 2. tit. 19. lib. 5. Ibi: Declaramos los que así se alzaren, ser públicos ladrones, y verdaderos robadores: y si algunos bienes suyos hallaren que están receptados en algunas Iglesias: los saquen de ellas para que de allí se paguen los acreedores de lo que les fuere debido:
- Vid. verb. Dominium.
- Reg. Instru. 22. Jul. 1761. §. 18. Que los Ministros de Rentas han de llevar consigo, por los incidentes que puedan ocurrir, despacho de Mon-Señor Nuncio de su Santidad en estos reynos para el reconocimiento de Iglesias, conventos, lugares sagrados, y otros qualquiera eclesiasticos, del que se deberá tomar el cumplimiento una vez cada año del Ordinario del Obispado en donde están destinadas las rondas: en su virtud podran entrar al reconocimiento, y aprehension de los fraudes, siempre que tengan justificacion, ó fundada sospecha de ocultarse el contrabando en los lugares sagrados, dando noticia á su Prelado, Párroco, ó Superior de la precision del reconocimiento, para que advertido no extrañe, ni impida la diligencia.

Eadem Sac. Congr. Immun. in *Ferent.* 7. *Maii* 1650. lib. *Decret. Rocci* p. 86.

12 Dantur A. C. literæ perquisitionis in forma contra bona Episcopi debitoris pensionis, excepta cathedrali, & palatio episcopali. Ead. Sac. Congr. Immun. in *Callien.* 31. *Julii* 1674. lib. 1. *Decret. Alt.* pag. 977.

13 Dantur literæ perquisitionis in forma A. C. pro rebus, seu fragmentis, ac penibus Episcopi ad favorem pensionarii dicti Episcopi. Ead. Sac. Congr. Immun. in *Romana*, seu *Nolana* 21. *Oct.* 1679. lib. 2. *Decret. Alrov.* pag. 1863.

14 Dantur A. C. literæ perquisitionis in forma contra Episcopum, qui fraudulenter transtulerit omnia sua bona in locis immunibus ad effectum satisfaciendi Eminenti. Cardini. Creditori pensionis. Eadem Sac. Congr. Immun. in *Terracina* 8. *Septemb.* 1675. lib. 1. *Decret. Alrov.* pag. 1114.

15 In casu, quo Parochus debitor ejusdem Sacerdotis conservabat omnia omnia bona sua in domo parochiali, conceduntur Episcopo literæ perquisitionis, & extractions ad favorem Creditoris, attento quod jam obtinerat mandatum executivum contra Parochum. Ead. Sac. Congr. Immun. in *Tiburina* 19. *Sept.* 1702. lib. *Decret. Marefusi.*

16 Contra debitores, qui fraudulenter transtulerunt omnia bona sua in diversis locis immunibus, conceditur Episcopo, ut possit perquirere, & extrahere ea ad effectum consignandi, facto inventario, Judici competenti, ut de his disponat, prout de Jure. Eadem Sac. Congr. Immun. in *Cathacen.* 6. *Octob.* 1708. lib. *Decret. Marefusi*, in *Neapolitana* 19. *Sept.* d. A. & lib.

17 Censurati ob perquisitiones eorum jussu factas in ædibus Canonialibus absolvuntur in forma privata, qui vero illas fecerunt, quatenus petant, absolvantur in forma ecclesiæ. Ead. Sac. Congr. Immun. in *Florentina* 9. *Feb.* 1694. lib. 2. *Alrov.* p. 103.

(Vid. verb. Furnus, verb. Immunitas Ecclesiastica, præcipue art. 3. atque verb. Gubernator, Tabaccum &c.)

PERSONATUS. Vid. verb. Beneficium art. 1. n. 27.

PESTIS.

Neque hic est opus sumario.

1 **JUBENTIS** Sanctissimo injungitur Archiepiscopo Neapolitano publicare edictum penale, ne aliqua persona ecclesiastica secularis, & regularis audeat tempore suspensionis pestis ingredi Civitatem Neapolitanam absque speciali licentia ejusdem Archiepiscopi gratis concedenda; Sac. Congr. Immun. in *Neapolitana* 20. *Jun.* 1608. lib. 5. *Decret. Paul.* p. 100. apud Riccium *verb.* Edicta Ecclesiastica num. 10.

2 Et injungitur Nuntio, ut quinque Canonicos Lateranenses, qui fuerunt ingressi, puniat rigorose, nec non Abbatem, qui illos recepit. Eadem Sac. Congr. Immun. *ib.*

3 Datur facultas extrahendi personas, & res suspectas morbo pestilentiali. Unde fuit prorogata ad decennium talis facultas extrahendi personas, & res suspectas morbo pestilentiali. Ead. Sac. Congr. Immun. in *Meliten.* 26. *Martii* 1695. lib. 1. *Decret. Vallem.* pag. 179.

4 Regulares, qui tempore pestis absque benedictione Apostolico solvunt scuta duo millia pro construendis Lazaretis, incidunt in penas contentas in decreto de rebus ecclesiæ non alienandis. Ead. Sac. Congr. Immun. in *Florentina* 21. *Jan.* 1631. lib. 2. *Decret. Paul.* pag. 72.

5 Similiter Regulares, qui sine dicta facultate tempore pestis concedunt, vel consentiunt conces-

sioni conventuum pro usu Lazareti, incidunt in excommunicationem. Eadem Sac. Congr. Immun. *ibid.* apud Riccium *verb.* Pests.

Quomodo Episcopi residere, & ministrare Sacramenta debeant, & possint tempore pestis: Vid. *verb.* Episcopus art. 3. num. 12. & *seq.*

Parochi tempore pestis residere omnino tenentur in suis Parochialibus; possunt tamen per alium idoneum ministrare parochias suis peste infectis Sacramenta Baptismi, & Penitentia; & si non resederint, contra eos procedendum est, reservata forma Concilii Tridentini cap. 1. in *fin.* sess. 23. de *reformat.* Sac. Congr. Concil. in *Mediol.* 10. *Octob.* 1576. apud Barbosam in *Summa Apostol.* dec. *verb.* Parochus quoad residentiam, num. 16. non sup. 2011.

Parochi tempore pestis ante teneantur alium ministrare Eucharistiam peste infectis; Variant Doctores. Molfesius enim, Major, & alii apud Dianam *part.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 174. & *part.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 53; Lohner in *Instruct.* 6. *part.* 3. de *Eucharistia* art. 3. *quæst.* 5. Gobat *tract.* 4. num. 414. & alii docent, Parochum tempore pestis non teneri ministrare Eucharistiam, quia cum ejus vita requiratur ad alia Sacramenta magis necessaria, etiam alii conferenda, non videtur esse propter aliquos exponenda tanto periculo in administratione Sacramenti, utiis quidem, sed minus necessariis. Contra Suarez, Fagundes, Tolet, Navarr. Sous, Henric, Villalob. Filiiucc. Silvester, Nugnus, Marchant, Mancin. Tabiena, Sâ, Castrop. Lugo, Busemb. Aversa, Cardenas, Xerivys apud La Croix *lib.* 6. *part.* 1. num. 484. dicitur Parochum teneri, sive per se, sive per alium Eucharistiam ministrare omnibus licite penitentibus, etiam peste infectis, quia peste infecti habent Jus illam percipiendi, & sunt in gravi necessitate spirituali illam suscipiendi, licet forte Sacramentum Penitentia; susceperint; cum nihilominus valde infestentur à demone, indigeantque viribus spiritualibus, quas hoc Sacramentum causat, posseque ipsis etiam per accidens causare primam gratiam, si non habent; unde revera saltem per alium, si possit haberi, tenentur parochi Eucharistiam ministrare peste infectis: Si vero in aliquo loco non adesset alius Sacerdos qui in defectum Parochi posset substitui, tunc ipse Parochus ad id non teneretur, quia non deberet, ministrando aliquibus Eucharistiam, exponere se periculo destituendi totum populum, eumque relinquendi sine aliis magis necessariis Sacramentis, nam necessitas communitatis prævalent necessitati privatae, & inter duo mala majus est evitandum, & minus eligendum; c. Duo mala 1. *dist.* 13.

Idem patet est dicendum de obligatione Parochorum administrandi peste infectis Extremam-Uncionem, sive per se, sive per alios, quando possint haberi; secus autem non, uti mox dictum est de Eucharistia; Vid. *verb.* Extrema-Uncio. n. 43. & 44.

Pestis causa qui abfuerunt, quotidiane distributiones illis non debentur, nisi probetur legitima consuetudo, quod distributiones hujusmodi darentur absentibus ex iusta causa; Sac. Congr. Concil. apud Barbosam in *Summa Apostol.* dec. *verb.* Pests.

Pestis occasione Canonici absens non lucratur distributiones quotidianas, nisi pestis grassetur, & probetur legitima consuetudo, quod distributiones hujusmodi dari consueverunt absentibus ex iusta causa. Quando autem dicatur pestis grassari, ut sit iusta causa absentia, relinquendum est arbitrio Episcopi. S. Congr. Concil. in *Mediol.* 9. *Nov.* 1630. apud Barbosam *loc. cit.* num. 3. & 4.

Cautelæ adhibendæ à Parochis, & eorum Vicariis pro se conservandis in administratione Sacramentorum tempore pestis, traduntur à Reiffenstuel *lib.* 3. *Decret. tit.* 4. num. 106. Vide *ibi.*

* Pestis tempore, quid agi liceat, vel secus, circa administrationem Sacramenti Confirmationis, Po-

nitentia; Extrema-Uncionis, vide in singulis eorum articulis.

Nam liceat dimidiare confessionem mortuorum ex timore contrahendi morbi, quæstio est anceps inter Doctores, in qua nihil certe decernitur. De *synodo dioces.* lib. 3. cap. 19. §. 19. *nov. edit.*

In ordine ad administrandam Eucharistiam non esse omnem Ecclesiæ ritum servandum, qui modo ab ecclesia præscribitur, docet immortalis memoria vir Muratorius in *Tract.* de *peste*; sed ab Episcopi judicio expetendum esse, quid à singulis præstari possit, ut minus periculose, sed decepter ministraretur, quod etiam rescriptum fuit ad postulata Vicarii Apostolici Julii Casareæ. De *synod. dioces.* *ibid.* §. 26.

Tuto posset Episcopus judicare tempore pestis, quod Eucharistia laicis porrigeretur suis manibus accipienda, ut ipsi per se ore illam inducerent. *Ibid.* §. 27.

Extrema-Uncio erga peste infectos conferri potest inungendo organum illius sensus, qui Uncioni magis expositum esse, quid à singulis præstari possit, ut minus periculose, sed decepter ministraretur, quod etiam rescriptum fuit ad postulata Vicarii Apostolici Julii Casareæ. De *synod. dioces.* *ibid.* §. 26.

Licet autem judicio Episcopi in eo casu inungere ægrotum adhibita oblonga virga, cujus in extrema parte sit gossypium oleo sacro imbutum. *Ibid.* §. 30.

(Quæ resoluta fuit, dum Massillis anno 1720. & 1721. Byzantii (Constantinopolis hodie vocatur) ann. 1726. pestis pervasit, si *Aud.* *Acc.* 16. & 20. *tit.* 18. *lib.* 6. *Recop.* perlegatur, quibus animadvertet: ibi à Sanitatis Cœtu, ut ab hac regione contagium, ejusmodique lues averteretur, stabilimenta reperirentur.

Regia Ordin. 28. *Februarii* ann. 1763. in aliarum scilicet ann. 1751. & 1752. executionem expedita videatur, per quam præcipitur, Medicos in obligatione esse constitutos, Judices admonendi, & in hac villa matritensi medicæ artis Prætorium, si ægritudines ferunt medentur, periculosæ reputantur: istud unum ex numero ejus ad recognitionem nominat, cujus informatione præcedente, si infirmitas serpens malum declaratur, ad habitacionis ægri Prætorium totum referendum, ut vestes, & suppellectilia non distraherentur: morte eveniente, ad præfatum Auditorium notitia iteratur, hoc ad Prætorium omnia ibi tradenda causa, præter metallica, quæ, si vasculo excoquantur, debent conservari: parietis superficies de novo crustandæ, pavimentum lateribus est cooperiendum, & aromatibus domus suffumigabitur, ita ut infectio, quæ per infirmi corporis evaporationem intus parietes consistat, penitus extingatur.)

PHISIOGNOMIA. Vid. *verb.* Superstitio num. 24.

PIGNUS.

Quæ vendi non possunt, nec possunt in pignori dari; L. Pupillus §. Eam rem ff. *Quæ res pignori*: Quare res ecclesiæ, & etiam mobilia pretiosa non nisi concurrente legitima causa, & accedente licentia Sedis Apostolicæ, vel Episcopi respectu mortuorum, nisi minoris pretii vendi possunt. *Instit.* *eccl.* 69. §. 5.

Alia. Vid. *verb.* Hypotheca, per tot.

Quid facultatis in Episcopis resideat circa venditionem rerum Ecclesiarum, jam peractam manet suo loco (1): proindeque, erga dationem in pignus, nihil amplius videtur addendum.

(1) Vid. *verb.* Alienare.

PILEOLUS.

Pileoli usus in missa etiam extra Canonem concedi non potest ab Episcopo, sed solum à Papa. S. C. Episcop. & Regul. 3. *Jan.* 1590. & *die* 17. *Junii* 1595. & Sac. Congr. Rit. 24. *Aprilis* 1626. & colligitur ex cap. Nullus 56. de *consecrat. dist.* 11.

Nullus etiam Episcopus pileolo uti potest in missa sine Sedis Apostolicæ licentia. Sac. Congr. Rit. 3. *Jan.* & 24. *Apr.* 1626. apud Barbosam in *Summa Apostol.* dec. *verb.* Pileolus num. 1.

Qui assistit in choro missæ conventuali, non potest portare Pileolum per totum Canonem; In aliis vero divinis Officiis uti potest. S. C. Episcop. & Regul. in una *S. Angeli* 5. *Nov.* 1602. apud Nicol. in *Florul.* *verb.* Pileolus num. 2. Alii vero dicunt hoc decretum esse Sacræ Congregationis Rituum, ut videtur est apud La Croix *lib.* 6. p. 2. num. 2055. *Decret.* 55.

Pileolo uti non possunt Parochi, tam de die, quam de nocte ministrantes infirmis Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum neque prætextu invalerudinis. Sic respondit. S. C. Rit. in *Romana* 13. *Aug.* 1695. & 2. *Jan.* 1696. Parochi Sancti Laurentii in Damaso apud Monacell. *tom.* 4. *suppl.* ad 3. *tom.* num. 9. & 10. Alia. Vide *verb.* Birretum.

Immo neque in choro potest portari coma fictitia, seu, ut vulgo dicitur, *Perucca*. Sac. Congr. Concil. in una *Bergomensi* 6. *Decemb.* 1690. *lib.* 4. *Decret.* fol. 765. ut rejecit instantia Abbatis Petri Negroni Canonici Cathedralis deferendi comam fictitiam in choro sub prætextu frigiditatis, & subtilitatis aeris, apud Monacell. *supplement.* ad 3. *tom.* 9. & 10.

Et tanto minus coma fictitia, seu capillitium adscititium potest deferri, & retineri in actu celebrationis missæ, ut expresse prohibuit Innocentius XI. ut patet ex decreto de ejus mandato publicato in *diocesi Colon.* *die* 21. *Martii* 1680. quod refertur sub *verb.* Missa art. 9. num. 4. Vide *ibi*: & apud Reiffenstuel *lib.* 3. *Decret.* *tit.* 1. num. 93. ubi refertur consimile decretum publicatum de mandato Innocent. XII. *die* 18. *Sept.* 1692.

Quinimmo Clerici deferentes comam fictitiam, vulgo *Perucca*, possunt excommunicari, si sint Beneficiati, vel in ordinibus sacris constituti, ut habetur in Concil. III. Constantin. *Canon.* 96. Et hæc pœnam excommunicationis ferendæ sententiæ contra Beneficiatos, & in Sacris constitutos, deferentes comam fictitiam, sustinendam, & imponendam esse declaravit Sacra Congregatio nonnullorum Cardinalium specialiter à Papa deputata in *Vigilien.* *Synod.* 18. *Maii* 1695. In *responsione* ad 28. Contra vero ceteros Clericos Minorum ordinum esse procedendum juxta dispositionem Concilii *sess.* 23. c. 6. de *reformat.* apud Monacell. *tom.* 1. in *append. annot.* ad *Liter.* *encyclicam* Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium super *exercitiis* *indocentibus* *Ecclesiasticorum* num. 20.

Et quod capillitium adscititium permittendum non sit ecclesiasticis personis, decrevit novissime Sac. Congr. Concil. in *Melphis.* 8. *Aug.* 1722. quod fuit expresse pariter prohibuit in Urbe de mense

Febr. 1725. de mandato Sanctissimi D. N. Benedicti XIII. ut referet Ursaya in miscell. sacro, & profano 1. lit. C. num. 52. & habetur in Concilio Romano ab eodem Summo Pontifice celebrato anno 1725. sub tit. 16. de vita & honestate Clerici. cap. 3. ubi expresse statuitur, quod eorum scilicet vigid Perucca, aut Cerchietti nunquam adhibeant.

10 Alia ad rem. Vide verb. Coma fictitia per tot. & verb. Missa art. 9. ad num. 2. ad 4.

PLAGIUM.

S U M M A R I U M.

- 1 Plagium quid sit.
- 2 Qui tale crimen committunt, plagiarium appellantur.
- 3 Plagiarium unde dicitur.
- 4 Talis crimen, si homo, qui subripitur, sit sui juris, non est proprie furtum.
- 5 Si autem persona, que subripitur, est adhuc sub patri potestate constituta, verum furtum est.
- 6 Et inde patri actio furti competit.
- 7 Talis autem actio furti non competit patri.
- 8 Pena plagii olim erat pecuniaria.
- 9 Hodierno autem jure est pena mortis.
- 10 Plagii crimen committunt illi, qui modica pecunia data, vel fraudulentis suasionibus incautos alliciunt juvenes ad se adscribendum militiam.
- 11 Adde, inseruntur, ad num. 13.

1 Plagium est crimen publicum, quo quis dolose subripit hominem liberum, vel servum alienum, sive detineat illum vincitum, aut celat, vel ei suadeat, ut a patre, vel domino suo auferatur, sine vendat, donec, permittit, vel alio contractu, quo dominum rerum transferret, alius tradit, l. 1. Cum sequentibus ff. & Cod. ad leg. Fabiam, de Plagiaris.

2 Hinc qui tale crimen committunt, plagiarium appellantur, citat. l. 1. cum sequentibus, ff. & Cod. ad leg. Fabiam de Plagiaris, & Plagiarium dicitur de plaga quia patri & domino magna plaga infligitur dum ipsis liberi, & servi subtrahuntur, & subripiuntur, quo casu, committi dicitur furtum, & plagium, juxta text. in §. Interdum, Instit. de obligat. que ex delict. nascuntur, & observat Cotta in Memor. verb. Plagiaris fol. 450. Ursaya Instit. crimin. l. 2. tit. 8. num. 216.

4 Tale crimen, si homo, qui subripitur, sit sui juris, non est proprie furtum, quia libera persona sub nullius est dominio. l. Item Juris, Instit. de inutil. stipul. Si autem persona, que subripitur, est adhuc sub patri potestate constituta, verum furtum est.

6 §. Instit. de obligat. que ex delict. nascuntur. Et inde patri actio furti competit: l. Eum qui 14. §. Si filius familias 13. ff. de furtis, ibi: Si filius familias

semota hic etymologie plagii nominis indagatio: ad penas nostro Jure stabilitas statim est deveniendum; qui hominem sub patria potestate constitutum, alienumve servum suasionibus distraxerit, venditionis, aut servitii proprii causa, si tale perpetrans crimen generosus fuerit, ad Regis operas cum compediibus erit perpetuo damnandus: si hujusmodi haud invenitur. praeclitus caractere, plectetur capite: servus vero bestis lacerandus tradetur: quam quidem penam hominem liberum traducentes, sive vendentes, si cuti scienter ementes, recipientesve animo se inserviendi illius, aut vendendi, non evadent (r).

(1) L. 22. tit. 14. p. 7. Sosacan, ó furta algunos ladrones los hijos de los omes, ó los siervos agenos, con intencion de los llevar á vender á tierra de los enemigos, ó por servirse dellos como de siervos. E por que estos á tales hacen muy gran maldad, merecen pena. E por ende decimos, que qua quier que tal furto como este ficiere, que si el ladron fuere fidalgo debe ser echado en fierro, é condenado para

subripitur sit, patrem habere furti actionem, palam est: & idem reperitur l. 37. ff. cod.

11 Talis autem actio furti non competit patri utpote potestate in prolem carenti; legi. Mater filii 38. ff. cod. de furt. ibi: Mater filii subrepti furti actionem non habet. ubi dicitur: Quod si filius subreptus non sit, non competit patri actio furti.

12 Pena plagii olim erat pena pecuniaria; l. final. ff. ad L. Fabiam, de Plagiaris. Hodierno autem Jure est pena mortis, cap. Qui furatur 1. de furtis, ibi: Qui furatur hominem, & vendiderit, constrictus, morte moriatur; juxta leg. Quomiam 7. & leg. final. Cod. ad leg. Fabiam, de Plagiaris.

13 Plagii crimen committunt illi, qui modica pecunia data, vel fraudulentis suasionibus incautos alliciunt juvenes ad se adscribendum militiam, ut observat Amenus de delictis, & penis tit. 3. §. 6. num. 36. ubi quod id praestari vidit in Urbe pro-cujusdam Principis servitio, sed seditione facta, opus fuit ad illam referendam estis pristinae libertati restitueri. & refert etiam Ursaya loc. cit. num. 219. Quod & novissime accidisse anno 1738. refertur.

14 Ridiculus fere semper Auditor est, dum etiam mon nominis tradit, at maxime hic ridiculus est, qui Plagiarium (inquit) dicitur a plaga, quia patri & domino magna plaga infligitur, dum ipsi liberi, & servi subtrahuntur. Vide si lubet de etymologia hujus vocis Antonium Matthaeum de crimin. stud. de Leg. Fabia de Plagiaris cap. 1. num. 2.

15 Illud hic non omittendum, quod is, cujus consilio plagium commissum est, plagii non tenetur. Non adversatur, quod qui plagiarium in qua re socius est, & ipse plagiarium sit; l. penult. §. ult. ff. de Leg. Fab. de plagiar. Socium enim (ut recte inquit Antonius Matthaeus ubi supra num. 4.) intelligere debemus non qui consilium duntaxat dedit, aut scilicet forte commodavit, sed qui societatem sceleris contraxit; & in ipsa suppressione socius fuit, ut supra inquit Antonius.

16 Nec refragatur quod plagiarium sit qui servo alieno persuasit, ut a domino fugiat; dum enim dicitur plagii non teneri eum, & ejus consilio plagium commissum est, intelligimus si consilium datum Tertio sit, non item si consilium servo datum sit; Anton. Matt. ibid.

17 Vid. add. omnia in fin. tom. pag. 396. ubi dicitur: (Vid. etiam lit. F. pag. 227. col. 1. ex num. 42. ad usque 48. & lit. F. pag. 137. in add.)

PENA.

ARTICULUS I.

De penis in genere.

S U M M A R I U M.

- 1 Pena quid sit.
- 2 Pena est mensura culpe.
- 3 Regulariter sine culpa nemo punitur.
- 4 Interdum tamen ob publicum bonum punitur quis sine propria culpa.
- 5 Pena, & multa quomodo distinguantur.
- 6 Quomodo distinguantur pana, & poenitentia.
- 7 Pana alia est civilis, alia criminalis, alia legalis, alia Judicialis, & que singule sint.
- 8 Pana criminalis subdividitur in capitalem, & non capitalem, & que utraque sit.
- 9 Pana criminalis alia est corporalis, seu corporis afflictiva, alia pecuniaria, alia temporalis, & alia perpetua.
- 10 Pana in genere alia est ordinaria, & alia extraordinaria, & que utraque sit.
- 11 Item alia est lata, & alia ferenda sententia, & que utraque sit.
- 12 Assignantur quinque regule ad cognoscendum, an pana sit lata, vel ferenda sententia.
- 13 An quando lex utitur verbis imperativi modi, que officium immediate ipsam panam, sit lata, vel ferenda sententia: multi volunt quod sit lata.
- 14 Plurimi alii tamen sustinent, quod sit solum sententia ferenda.
- 15 Afferitur responsio ad auctoritates pro prima opinione adductas.
- 16 Pana, seu lex penalis sententia ferenda non obligat ante sententiam Judicis.
- 17 Pana seu lex penalis lata sententia in iis, que aliam executionem externam non requirunt, obligat in conscientia ante sententiam declarationem Judicis.
- 18 Pana, seu lex penalis lata sententia in iis, que externam executionem requirunt, non obligat in conscientia ante Judicis sententiam declarationem de crimine commisso, nisi in specie addat clausulam: alia etiam declaratione non secuta.
- 19 Immo secundum plurimos, etiam lex addat talem clausulam: alia etiam declaratione non secuta, vel simile, non obligat ante declarationem Judicis de crimine commisso, nisi in aliquibus penis, que assignantur.
- 20 Declaratoria de crimine commisso requirit citationem partis, & ab ea demum potest appellatio.
- 21 Adducitur, & solvitur instantia.
- 22 Assignatur notabilis differentia inter sententiam condemnatoriam, & declarationem.
- 23 Assignatur quomodo non obstante clausula, ipso facto incurrenda, adhuc requiritur sententia declaratoria Judicis.
- 24 Assignatur quomodo non obstante clausula, absque alia declaratione, adhuc requiratur talis sententia declaratoria Judicis.
- 25 Transgressores legis incurrunt penam illius, etiam si talem penam ignorent, exceptis tamen censuris.
- 26 Judex inferior regulariter loquendo non potest augere, vel minuire penas a jure statutas.
- 27 Id tamen potest Princeps supremus.
- 28 Et ex justis causis id potest interdum etiam Judex inferior.
- 29 Assignantur juste precipue cause, ex quibus Reorum pana à Judice inferiori augeri possunt, ad num. 37.
- 30 Assignantur juste precipue cause, ex quibus dicitur pana minui possunt, ad num. 45.
- 31 In penis arbitrariis debet Judex procedere juxta qualitatem delicti, ut sic pana crimini commensuretur.
- 32 Stante autem dubio, aut diversa juris intelligentia, Judex debet semper in mitiorem partem declinare.
- 33 Cum hoc tamen quod circa Reos in gravioribus

crimibus legitime convictos, non debet Judex uti nimia clementia.

- 49 Pana unius metus est multorum.
- 50 Pana imposita in foro conscientie non liberat à pana imponenda in foro fori.
- 51 Penas pecuniarias, seu multas tenetur Episcopus applicare locis, & usibus suis.
- 52 Pana pecuniaria non sunt applicanda fabricae, vel sacristiae ecclesiae.
- 53 Nec possunt applicari pro reparatione palatii episcopalis, aut domus Vicarii Generalis.
- 54 Nec ulla eorum portio potest ab Episcopo assignari Depositario earundem, nec restauratori carcerum episcopali, nec pro supplemento salarii musicorum ecclesiae cathedralis.
- 55 Nec applicari possunt pro Vicario curie episcopalis, aut salario Notarii, & Ministrorum.
- 56 Nec pro Procuratore Fiscalis, Executoribus, ac Ministris Curiae.
- 57 Nec pro Vicariis Curiae episcopalis.
- 58 Nec pro expensis tribunalis.
- 59 Nec potest Episcopus etiam pauper, eas sibi applicare, non obstante contraria consuetudine.
- 60 Unde Episcopus vere pauper debet recurrere ad Sacram Congreg. pro gratia talis applicationis.
- 61 Et Episcopus in his Transgressores non est immunis à culpa mortali.
- 62 Si concedatur Episcopo applicatio penas pecuniariae pro episcopatu, & Sacratio, quid intelligitur nomine ipsorum.
- 63 Pana pecuniaria delinquentium in una ex duabus diocesis unitis applicande sunt pae locis diocesis, cujus sunt delinquentes, & in pari necessitate pauperibus loci, ubi habitant ipsi delinquentes.
- 64 Si multa non fuerint per Episcopum in vita applicata, non possunt ad minorem summam reduci per Vicarium Capitularem.
- 65 Pro multis retinendis debet ab Episcopo fieri Depositarius ipsarum.
- 66 Et talis multarum Depositarius debet esse aliquis de Capitulo.
- 67 Debetur cautionem prestare de bene administrando, & reddenda ratione in fine anni eorum Ordinario, & duobus Capitularibus.
- 68 Quorum Canonorum alter debet eligi ab Episcopo, & alter à Capitulo.
- 69 Pecunia multarum nullo modo retineri potest ab Ordinario.
- 70 Unde Depositarius multarum non debet deputari pro forma, sed ut vere & realiter multa apud eum deponantur.
- 71 Pana, & multa non observantium dies festos pro tertia parte applicari debent accusatori, & pro quarta executoribus.
- 72 Pana, & multa interfectis Presbyterum applicanda est pro mediocritate ecclesiae, cui praefuit, & pro alia mediocritate distribuenda est in pauperes pro anima mortui.
- 73 Ordinarius abstinere debet à penis pecuniariis contra Regulares.

PENA, ut expresse habetur in l. Aliud 131. ff. de verbor signif. est noxae vindicta, ibi: Pena est noxae vindicta. id est, delictorum, sive criminum coactio, seu vindicta, in emendationem hominum constituta; l. Si pena 26. ff. de penis, ibi: Pana constituitur in emendationem hominum. Pena enim est mensura culpe juxta illud Deuteronomii 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus & c. Sane 11. de officio Delegati cum similibus. Et singulariter sine culpa nemo punitur. l. Sancimus 22. Cod. de homicid. cap. Joannes 23. & cap. Quidam 25. de homicid. cap.